DECISIONVM LVCENSIVM, FLORENTINARVM, ET BONONIENSIVM,

Criminalium, Ciuilium, Mixtarum,

LIBRI TRES.

CVM EARVM EPITOME, ET ADDITIONE,
Ad principium Libri: & Indice locupletiſſimo, in fine Voluminis poſito.

VTILE ADMODVM OPVS IVDICIBVS, ADVOCATIS,
Nec non cæteris in foris verſantibus neceſſarium.

ANTONIO MONACHO

I. C. Taurinenſi, Collegiato, publicòque Olim iuris interprete, dictarum pro tempore Rotarum, Bononienſis modò Auditore, Collectore, Auctore.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M. DC. XIX.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

ILLVSTRISSIMO.
ATQVE REVERENDISSIMO
D. D. ALOYSIO CAPPONIO,
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,
& Bononiæ de Latere Legato Selectiſsimo.

ANTONIVS MONACHVS. P. P. P.

LABOREM hunc triplicem amplitudini tuæ compulſus ratione tergemina dedico, imò debeo: Nam ſiue te, ſiue me, ſiue opus ipſum conſidero, in tui nominis inſcriptionem extimulor: Quod enim ſtudioſos conatus exquiſito protectori quis debeat, id mihi eſt commune cum plurimis: Quod qui iuri dicundo præfuerit ſub Principe iuris ſcientiſſimo debeat aliquam induſtriæ ſignificationem, id non ita alienum eſt, vt meum non ſit: Quod verò ego ex eo tempore Iudex in ROTA Bononienſi, ex quo, Tu CARDINALIS ILLVSTRISSIMAE, LEGATVS acceſſiſti animum deuouerim, & proinde quicquid ex animi contentione proueniat, id tam meum eſt, vt niſi quantulacunque ex parte reddam, mihi nimium ipſe videor defuiſſe. Quem ſuſcepi conatum, is cum deciſiones contineat Rotarum trium, in quibus ego ſententiam dixi, terquaque tuã ſibi protectionem efflagitat, ſub qua fœliciter in lucem prodeat: Quæ enim FLORENTIAE iudicata ſunt ſuſpiciunt Florentinum iudicio florentiſſimum, & (quod Cardinalis CAPPONII ſingulare exiſtit) ætate ſimul, atque ſapientia floridum. Quæ BONONIAE firmata, ſe committunt in clientelam Legati apprimè boni, ſub cuius vmbra benè viuere eſt ſecurum, benè agere iucundũ: Deciſiones hactenus ipſæ per ſeſe viro gemina ratione correſpondent, vt Florentinæ, vt Bononienſes: Non tamen diſcordant Lucenſes habita ratione modi, quo Ciuitas regitur. Sic enim præcipua hic humanitas gerit habenas, vt nihil Populo huic deſit ad veram, qua gloriatur, libertatem; ea quippe eſt vera libertas, non quæ diſſoluta, & ex lex, ſed qua quis, quod ſui eſt muneri, non inuitus pręſtare poteſt, ac promptè, ſpontèque præſtat. Exiſtimabatur ſanè prius gens hęc difficilis, ac duri moderaminis. Tu exemplo tuo per ſummam clementiam demonſtraſti quàm tenui filo regatur, ſerico (vt aiunt) & bombycino, nedum aduerſus vulgatam quandam multorum opinionem, ſed etiam aduerſus commune illud Philoſophorum axioma, quod homines facilius obediunt legi, quàm homini; Didicimus enim quemadmodum BONONIENSES facilè obtemperant legibus propter id, quod facilius, & promptius morem gerunt moderatori fœliciſsimo. Cœterum id meæ non fuit propoſitum epiſtolæ. Quod propoſui fuit, vt me, meaque ſub tuæ benignitatis protectione commendarem, quod ſupplex facio. Vale.

ANTONII MONACHI I. C. TAVRINENSIS COLLEGIATI PVBLICI.

IN PATRIA OLIM IVRIS INTERPRETIS, Mox Rotæ Lucenſis, deinde Florentinæ, & nunc Bononienſis, Auditoris, & Prætoris.

LVCENSIVM DECISIONVM Liber Primus.

S V M M A R I A.

Statuta quædam Lucenſia de damno dato referuntur numero 1.

In maiori ſumma, & minor continetur num. 2.

Limita, vt num. 3. & 9.

Quibus commiſſa eſt aliqua relatio dicuntur, vti teſtes numero 4.

Relatio facta pro maiori ſumma, quam ſit data facultas à ſtatuto, non eſt legitima num. 5.

Statutum iubens ſtari relationi intelligitur de legitimi, & idonea num. 6.

In indiuiduis vtile per inutile vitiatur num. 7.

Vnus, & idem actus non debet pro parte valere, & pro parte non valere num. 8.

Iuramentum damnum paſſi an admittendum contra Communitatem num. 10. & ſeq.

Pœna imponitur, quando damnum eſt dolo datum numero 11.

Dolus ceſſat in Communitate num. 12.

Vbi eſt caſus legis, vel ſtatutinon eſt vlterius hæſitandum num. 13.

Nec de regulis Iuris curandum num. 14.

Statur iuramento damnum paſſi, dummodo ſit omni exceptione maior num. 15.

An pro exportatis nocte agatur in Curia Mercatorum de damno dato num. 16. & ſeq.

In exportatis eſt furtum, quod non continetur in ſtatuto de damno loquente num. 17.

Et ratio differentiæ remiſſiue num. 18.

Statutum cap. 177. §. Cæterum verſ. & intelligatur declaratur de inciſione principaliter num. 19.

Teſtibus contra producentem creditur num. 20.

Pro damno dato de nocte non tenetur Villa num. 21.

Quod tamen non tranſit ſine difficultate num. 22.

Statuta neceſſitant ad cuſtodiam, dignoſcitur ex neceſſitate iniuncta deputandi campariorum num 23.

Quando ſtatuta neceſſitant ad cuſtodiam, Villa indiſtincte tenetur, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit, & ſiue dolus adfuerit, ſiue culpa campary, & ſic etiam de nocte numero 24.

Secus autem in caſu noſtro propter ſtatutum ſub cap. 184. lib. 4. quod declaratur num. 25. & ſeq.

Commodè non dicitur fieri cuſtodia de nocte num. 26.

Ignorantia cadit reſpectu delictorum noctis, & ideo quis pro eis non tenetur num. 27.

Dici tempore quis ſcire dicitur, aut ſcire debere numer. 28.

Ex duobus contrariis incluſio vnius eſt alterius excluſio num. 29.

In cuſtodia diminuta etiam vire conſiſtit, quod ſtatutum voluerit etiam obligare de nocte num. 30.

Occultum eſſe, & nocte fieri parificantur num. 31.

Inter noctem, & ignorantiam eſt ſimbolum, & ſtatutum aſtrictans ad cuſtodiam nocturnam, obligat etiam ad delictum cuius notitia non habetur num. 32.

Statutum abſoluens à delictis ignoratis ſeruandum numero 33.

Statutum cap. 177. non obligat, niſi quando damnificator ſciri, aut reperiri non poteſt, & hoc caſu Communitas non dicitur teneri, niſi in ſubſidium quo caſu non tenetur de nocte num. 34.

Ad probandam conſuetudinem plura requiruntur numero 35.

Sublata ſubſtantia tollitur, & accidentia num. 36.

Dubium iuris in conflictu opinionum ab expenſis excuſat num. 37.

DECISIONVM FLORENTINARVM,

Criminalium, Ciuilium, Mixtarum,

CVM EARVM EPITOME, ET ADDITIONE,
Ad principium Libri: & Indice locupletiſſimo, in fine
Voluminis poſito.

VTILE ADMODVM OPVS IVDICIBVS, ADVOCATIS,
Nec non cæteris in foris verſantibus neceſſarium.

ANTONIO MONACHO
I. C. Taurinenſi, Collegiato, publicòque Olim iuris interprete, dictarum
pro tempore Rotarum, Bononienſis modò Auditore,
Collectore, Auctore.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M. DC. XIX.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

AD SINGVLAS
DECISIONES FLORENTINAS

Epitome, & Additiones Auctorum maximè, dum hæc imprimerentur, Impreſſorum.

Epit. Ad Florent. 1.

Aſſecuratores teneri de caſu intercepti patroni cum naui ab itinere recto diuerſi, ad barbaros conuerſi, de fuga eiuſdem, mutatione itineris, robaria, barataria, de furto verò an, & quando, & de furti, robariæ, & barataria differentia, ad explicationem formulæ de qua ante deciſ.

Additio. Ad materiam nauium, nautarum, & ſimilium vide D. Ioan. Bapt. Lup. I.C. Florent. in perelegantibus ſuis Comment. ad cap. nauigantu. in præfat. de vſur. & ad materiam aſſecurationis, & probationis dec. gen. 3. 5. dec. 36. nu. 3. & ſeqq. deciſ. 42. 55. 62. 63.

Ad num. 17. adde bon. 2. num. 2. & ſeqq. bon. 49. nu. 3. & ſeqq.

Ad n. 24. 75. 95. adde dec. gen. 40.

Ad nu. 26. de robaria in parato vim facere reſiſtenti Farin. de furt. q. 167. n. 27.

Aliàs fortè non tenerentur aſſecuratores, vt Genuæ dec. gen. 166 ſub nu. 4.

Ad num. 30. adde bon. 71. num. 64.

Ad num. 36. 37. ſicut, & nauta tenetur, multò, & alij ſi diuertendo iter pro fraudando gabellas in piratas, aut latrones inciderint Iul. Fer. de gabel. n. 595

Ad num. 38. de huiuſmodi actione adde Benincaſſ. Inſt. de actio. §. actionum. num. 80. & ſeqq. in tract. diu. col. 3. ſo. 606.

Ad n. 41. adde lucen. 13. num. 54.

Ad nu. 45. 46. adde luc. 21. num. 28.

Ad n. 47. adde Farin. plenè q. 111. art. 6. per tot. præſertim, num. 82. 94.

Ad num. 48. adde Bero. conſil. 214. n. 3. lib. 3. vbi robariam eſſe furtum improbius, & differre ſaltē propriè, quicquid ſit impropriè, & ex vſu loquēdi. eodem, n. 3. & 4. & conſil. 113. num. 1. 2. 10. & 11. & dicit furtum improbiſſimum etiam Farin. d. q. 167. n. 28. & ibi de hoc triplici furto.

Ad num. 50. & ſeqq. plura de barattaria Farin. qu. 111. per plures articulos.

Ad num. 63. adde luc. 13. n. 50. 51. & ibi add. Menoch. conſ. 187. n. 52. lib. 2.

ad n. 65. adde dec. gen. 102. n. 5. vbi verba apocæ aſſecurationis diligenter obſeruanda.

ad num. 66. & ſeqq. adde flor. 50. n. 18. & Bec. cōſ. 94. n. 30. conſ. 32. n. 5. & conſ. 66. n. 1.

ad num. 68. & ſeqq. de ratione reddenda per Nautam dec. gen. 10.

ad n. 72. adde flor. 67. n. 12. & ſeqq. & ibi add.

ad n. 73. capta naui per triduum dicitur caſus fortuitus, & Aſſecur. tenentur dec. gen. 101.

Ad num. 84. adde bon. 54. num. 16. & ſeqq.

ad num. 88. adde bon. 6. num. 2. lucen. 58. num. 16. florent. 12. n. 31. ſ. 71. n. 19.

Ad num. 92. adde flor. 12. num. 7. 8. luc. 65. num. 6. 7. vbi declaratur.

De iactu an teneatur aſſecurator, dec. gen. 118. & de quantitate iactus, dec. 141.

Epit. ad 2. Præſumptam ſolutionem ex pluribus coniecturis reſolutam.

Additio ad materiam adde bon. 7. per tot. Parian. cōſil. 113. lib. 2. Menoch. conſ. 1257. à n. 9. ad 17. lib. 3. vbi plerique alij.

Ad numerum 1. de iactu adde Cardin. Tuſc. lit. I. concluſ. 13.

ad num. 2. adde bon. 7. num. 3.

ad numerum 16. hæc ſola non ſuffeciſſet ad Farin. nouiter nouiſſ. dec. 826. num. 5. ex Pariſ. conſil. 137. num. 19. lib. 4.

Ad n. 18. 19. adde luc. 56. n. 30. 40.

ad num. 40. de materia ſponſionum Strach. de ſponſionibus. Laderch. cōſ. 88. de his, & de ludo Farin. par. 2. to. 1. de var. ac diu. crim. q. 109. per ſex artic. Card. Tuſc. lit. l. concl. 456. & ſeq.

Epit. ad 3. *Contra negantem ſe poſſidere, litem non proſequendam, ſed immiſſionem in poſſeſſionem odio negantis declarandam.*

Ad. ad materiā adde ſeq. dec. & de interrogatorio faciendo, & ſi benè non fiat adde bon. 40. punct. 11. num. 29.

ad num. 8. adde bon. 18. nu. 10. & ſeqq. bon. 30. num. 11. & Contard. ſub num. 11. ibid. citat. & flor. 24. nu. 11. & ſeqq.

Epit. ad 4. *In rei mobilis vindicatione probandum eſt reum poſſidere de præſenti, præmittendumque Interrogatorium an poſſideat.*

Additio. adde ad materiam deciſ. præced. cum addit. ibid.

Epit. ad 5. Iudicem maleficiorum abſoluendo à pœna nō potuiſſe pronunciare ſuper iure ſeruitutis itineris.

Additio. adde ad materiam lucenſ. 35. 36. & ibi add. vbi contra ex ſpeciali ſtatuto. & bon. 36. & ſelect. bon. dec. 138. & ibi add.

ad num. 1. 3. ſeruitutem probandam, adde flor. 14. num. 4.

Epit. ad 6. *Statutum quod poſſit oppignerari, vendi, aut ad longum tempus locari vocatis propinquioribus, &c. in permutatione locum ſibi non vendicare.*

ad num. 1. & 2. adde Iul. Ferret. de gabell. ſub n. 312. plura allegans.

ad num. 4. adde luc. 58. n. 6. 10. & ſeqq. flo. 40. nu. 24. & ſeqq.

ANTONII MONACHI

I. C. TAVRINENSIS

COLLEGIATI PVBLICI.

IN PATRIA OLIM IVRIS INTERPRETIS,

Mox Rotæ Lucenſis, deinde Florentinæ, & nunc Bononienſis, Auditoris, & Prætoris.

FLORENTINARVM Deciſionum.

S V M M A R I A.

Teſtibus contra producentem creditur, num. 1.

Etiam de credulitate, num. 2.

Charta nauigationis probat, & facit notoriam, num. 3.

Vbi duo ſtant diſcretiuè, vtrunque ſtat propriè, numero 4.

Furtum, & barattaria ſunt diuerſa ſub eod.

Furtum quid ſit, quoad patronum nauis, num. 5.

Contra, num. 47. & ſeqq.

Conductor furtum committit alio ducens, aut vtens aliter re locata, quam fuerit intentio locantis, num. 6.

Furtum coniecturis probatur, num. 7.

Furtum in dubio cenſetur, quando nauta res in naui immiſſas non reſtituit, num. 8.

Barattaria committitur, quando nauta non rapit pro ſe, ſed aliter, vt num. 9.

Contra, num. 40. & ſeqq. vbi declaratur.

Barattaria committitur per officiales, & quando, numero 10.

Index committit Barattariam, qui corruptus tulit ſententiam, num. 11.

Barattaria eſt crimen corruptelæ, num. 12.

Barattaria quid ſit apud profeſſores linguæ Florentinæ, num. 13. & 44.

Barattaria dicitur à baratrando, & quaſi baratro tio, quæ Ethymologia videtur attendenda, num. 14.

Contra, num. 41.

Ab interpretatione ſemel data non eſt recedendum, numero 15.

Ex mutatione itineris voluntaria aſſecuratores non tenentur, num. 16.

Contra, num. 24.

Declara, vt num. 95.

Teſtimoniales caſus aduerſi producenda de forma, à qua veritas non excuſat, etiam per alios modos probandi notoria, num. 17.

Contra, num. 96. & ſeqq.

In dubio pro aſſecuratoribus iudicandum, num. 18.

Declara, vt num. 102.

Aſſecuratio durat, vbi Nauis in portum non venit intra tempora conuenta, num. 19. & 21.

Vbi res eſt clara opus non eſt coniecturis, num. 20.

Fugiens cum naui tenetur ex capite fugæ, num. 22.

Fuga quomodo committatur, num. 23.

Conceſſio nauigandi ad dextram, & ad ſiniſtram quid importet, num. 25.

Robaria quomodo committatur, num. 26.

Animus reſiſtendi arguitur ex armis, & aliis vt numero 27.

Iunctio, num. 26.

Dolus, & barattaria probantur coniecturis, num. 28.

Barattaria infertur ex fuga, num. 29.

A quo remouetur genus, & quælibet eius ſpecies remouetur, num. 30.

Barattaria infertur ex deſtinatione exportandi res ad barbaros, num. 31.

Deſtinatio ſufficit ſine effectu, num. 32.

Vbi actus eſt proximus, num. 33.

Apprehenſus in fuga ad hoſtes punitur, ac ſi ad eos perueniſſet ſub eod.

Barattaria cadit, vbi ſunt tecnæ, impoſturæ, & colluſiones, num. 34.

Barattaria cadit ex culpa caſum præcedente, num. 35.

Aſſecuratores tenentur ad damna ex cauſa impedimenti, diſaſtri, periculi, caſus ſiniſtri, riſichi, num. 36. 37.

DECISIONVM BONONIENSIVM,

Criminalium, Ciuilium, Mixtarum,

CVM EARVM EPITOME, ET ADDITIONE,
Ad principium Libri: & Indice locupletiſſimo, in fine
Voluminis poſito.

VTILE ADMODVM OPVS IVDICIBVS, ADVOCATIS,
Nec non cæteris in foris verſantibus neceſſarium.

ANTONIO MONACHO

I. C. Taurinenſi, Collegiato, publicòque Olim iuris interprete, dictarum
pro tempore Rotarum, Bononienſis modò Auditore,
Collectore, Auctore.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M. DC. XIX.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

ILLVSTRISSIMO SENATVI BONONIENSI.

Antonius Monachus. AE. F.

DIEBVS non paucis, perſonatorumque maximè, indictis ferijs, dum ſilent iudicia, & cauſæ, quid faciat Iudex? ocietur ne? & nihil agat? ocietur ſanè, ſed vt cunque per tempus liceat, vberius ſcribendo, quàm audiendo, cauſis ipſis inſeruiat: Audiuntur enim ſinguli, ſcribitur vniuerſis, Deciſiones, quas collegi, & ſub nomine veſtro (Illuſtriſſimi Senatores,) cudendas curaui, aptæ ſunt ſedare lites longè plures, quàm numeroſæ ſententiæ pro Tribunalibus. Id enim præbet deciſio, vt nedum quid firmatum fuerit exprimatur, ſed quid in ſimilibus vtique decernendum adaperiatur, & non ſolum quid vnus aliquis Iudex ſentiat, ſed qua ratione plures in ſententiam venerint pateſiat. Accedit quod vos, Patres Conſcripti, me approbaſtis, vt ijs connumerarer, apud quos in Rota Bononienſi cauſæ actitarentur: Vos qui per prudentiam veſtram in id inuigilatis, vt omnes Ciuitatis Fœliciſſimæ ordines exquiſitè ſe habeant, (quæque inconcuſſa eſt fœlicitas in Ciuitate) vt ſecundum leges viuatur, ac decernatur. Itaque dum conor vtrunque præſtare, & iudicando, & iudicata in lucem edendo, vt ſecundum ea in ſimilibus expeditè pronunciari poſſit, vobis etiam, atque etiam, Cauſiſque ipſis me ſatisfeciſſe exiſtimabo, ea præſertim ratione incitatus, quod ſciam id muneris iampridem Senatuſconſulto demandatum Veſtratibus Doctoribus, Iuriſconſultis eximijs, qui quidem accuratè id exequuti ſunt, & (quæ inſignis eſt eorumdem doctrina) conſiderationibus appoſitis opus adauxerunt, auctoritatibus communiuerunt, illuſtrarunt: Quibus, &ſi pro genere Compilatorum nihil addendum, nihil ſupplendum ſupereſſet, cum nil deſit; non omnes tamen cuiuſuis generis amplexi ſunt; plura enim negotia, quàm quæ ſtatuta concernant in Rota ventilantur

ANTONII MONACHI I.C. TAVRINENSIS COLLEGIATI PVBLICI.

IN PATRIA OLIM IVRIS INTERPRETIS, Mox Rotæ Lucenſis, deinde Florentinæ, & nunc Bononienſis, Auditoris, & Prætoris.

BONONIENSIVM Deciſionum.

SVMMARIA.

Facultas francandi data conductori expirat finita locatione, num.1.

Ex Stat. Bonon. de pena vend. rem al. locator poteſt finito tempore locationis expellere propria auctoritate inquilinum, & poſſeſſionem apprehendere, numero 2.

Quod ſtatutum eſt ſeruandum, tanquam ius commune in territorio ſtatuentium, nu.3.

Contractus in dubio præſumitur licitus, non vſurarius, num. 4.

Etiam ſi fuerit conuentũ de certum quid præſtando quilibet anno pro precio capitalis apothecæ, num.5.

Vbi adeſt pactum de retrouendendo maior læſio, etiam vltra dimidiam requiritur, num.6.

Habita ratione ipſiuſmet facti ſub eod.

In datione in ſolutum difficilius intrat ſimulatio, numero 7.

Et plena, & exacta probatio requiritur ſub eod.

Et ſufficit creditum verum eſſe ſub eod.

Differentiæ ratio inter venditionem, & dationem in ſolutum remiſſiuè, num.8.

Læſio enormiſſima, & pactum francandi ſufficiunt ad probandam ſimulationem, numero 9. & ſub numero 10.

Siue vbi eſt exceſſiua modicitas pretij, ſub eod. num.9. & 10.

Exceſſiua modicitas pretij multipliciter ſolet conſiderari, ſiue vltra tertiam, ſiue circa dimidiam, ſiue vltra, & hæc omnia intercurrunt in caſu præſenti eod. num.10.

Quando læſio dicatur enormis, magna, enormiſſima, modica, vel minima, remiſſiuè, ſub eodem numero 10.

Eſt totum poſitum in arbitrio iudicis ſub eod.

Valoris æſtimatio eſt poſita in arbitrio iudicis, numero 11.

Et læſionem arbitrari etiam eſt in facultate iudicis, ſub eodem.

Iudicis arbitrium debet eſſe regulatum ſub eodem numero 11.

Valor probatur ex inſtrumento, in quo res fuit tanti æſtimata, num.12.

Licet ab eo effluxerit aliquod tempus, dummodo infra decennium ſub eod.

An valor probetur ex inſtrumentis antecedentibus eſt in arbitrio Iudicis ſub eod.

Valor rei non præſumitur mutatus intra decennium, ſed poſt ſic ſub eod. num.12.

Declaratur, quod dicitur in valore rei eſſe attendendum tempus contractus relata opinione Bart. contra Cagnol. num.13. & 14.

Aeſtimatores publici aliquando iniuſtè æſtimant, numero 15.

Poſſibilia raro contingentia non ſunt attendenda, ſed quæ frequenter ſecundum naturalem curſum accidunt, num. 16.

Præſumptio eſt pro inſtrumentis, & æſtimatoribus publicis, vt realiter æſtimauerint, & quod eis magis credatur, quam alijs, num.17.

Et eis ſtandum eſt, donec de contrario doceatur, ſub eod.

Per relationem alterius cenſetur inducta ſcientia contentorum in relato, num.18.

dicit Iaſ. in conſ. 202. ſub n. 3. col. pen. ad fin. lib. 2. qui loquitur in materia, ad Surd. in dec. 372. ſub n. 29. & quod ex huiuſmodi, (& quidem ni fallor) palpabili planè ratione diuerſitatis, euidentior noſtræ deciſionis ratio longè reddatur.

Quando verò grauatus ab inteſtato prorſus decedit, nulla omnino facta diſpoſitione, hoc ſolo caſu ſit locus vocato à grauante, quia cum grauatus potuiſſet in hæredem proprium tranſmittere diſponendo, & non curauit, cenſetur voluiſſe teſtatoris voluntati adhærere, eamq. effectum ſortiri, & ceſſant coniecturæ prædictæ, & præſumptiones quando diſpoſuiſſet, & hæc manu palpantur.

S V M M A R I A.

Feudum, emphyteoſis eccleſiaſtica, & ſimilia ſui natura ad hæredes non tranſmiſſibilia non tranſeunt cũ generali diſpoſitione, n. 137.

Tranſeunt tamen, ſi ſint hæreditaria, n. 138.

Item, ſi cum facultate diſponendi, aut cum clauſula ad alienandum, etiam ab inteſtato, n. 139. 140.

Item ſi appareat de voluntate teſtatoris, quod velit tranſire, iuncta approbatione hæredis per aditionẽ, ſub eod. num. 140.

Limita, vt non procedat ſi in aliquo alio caſu verificari vi poſſit vſus poteſtatis ad alienandum, numero 141.

Item, vt licentia alienandi in inueſtitura intelligi debeat, ſi expreſſè alienetur, quia non ſufficeret tacita diſpoſitio ab inteſtato, num. 142.

Maximè ſi aliàs diſpoſitio redderetur eluſoria, & nunquam verificabilis, num. 143.

P V N C T V S XIII.

137 **D**Ecimus tertius, & vltimus caſus eſt in feudis, vel emphyteoſi Eccleſiaſtica, aut ſimilibus ſui natura ad hæredes non tranſmiſſibilibus. Hæc. n. ſui natura non tranſeunt cũ generali diſpoſitione, niſi nominatim dictum ſit, vt in § in generali, ſi de feu. def. ubi Doct. maximè Bammac. q. 1. n. 16. & ſeqq. & n. 41. & ſeqq. & q. 9. & ad princ. per tot. Bero. de feud. & emphyteoſi Eccleſiaſtica. conſ. 127. n. 12. & ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 395. nu. 18. 19. conſ. 357. ſub n. 28. lib. 3. & in dec. 160. vbi n. 2. ita iudicaſſe Senatum refert, & Bertaz. conſil. ciuil. 44. num. 22. 23. 24.

138 † An tamen ſit dare caſum quod tranſeant? eſt
putà ſi ſit hæreditaria Seraph. dec. 559. n. 17. & ſeq.
139 † Item ſi conceſſa cum facultate diſponendi, aut
cum clauſula, ad alienandum, & ſimilibus. Peregr.
140 de fideicom. art. 40. n. 17. in fi. † Ita quod ſuccederetur etiam ab inteſtato, vt ibid. & ego latius de interp. inueſt. lib. 11. c. 7. & 8. per tot. par. 1. Item ſi, licet deſit poteſtas, appareat tamen de voluntate teſtatoris, volentis quod emphyteuſis in generali inſtitutione includatur, iuncta approbatione hæredis inſtituti per eius aditionem, vt in caſu Gabr. in conſ. 85. per tot. lib. 1. idque etiam ex coniecturis, vt ibi. n. 1. 2. & 15. & ad Natt. in conſ. 683. n. 12. verſic. ad hoc etiam. vbi in ſtendis. cum alijs citat. ſup. in 4. caſu. in 2. exemplo.

141 † Limita hæc non procedere, ſi in aliquo alio caſu poſſit verificari vſus poteſtatis ad alienandum conceſſæ, vt ſup. in caſ. 10. ad fin.

142 † Item, vt licentia alienandi in inueſtitura conceſſa debeat intelligi de alienatione, quæ fit expreſſè, nam ſi intelligeretur de alienatione, quæ tacitè fit, ſemper pararetur præiudicium, tanquam alienatio eſſet ſequuta, quia moriens dicitur tacitè vocare venientes ab inteſtato, & in eos tacitè diſpoſuiſſe, vt ait Corbul. de Cau. priu. ob mort. ciuil. nu. 44.
143 & 45. † & maximè in caſu, vbi aliàs diſpoſitio redderetur eluſoria, & nunquam verificanda, vt in caſu poſito per eund. n. 45. iunctis num. ſeq. quem retulit. Card. Tuſc. lit. d. concl. 482. n. 7. in optimo, & nunquam ſatis laudato opere pract. concl. iur. Et ſit harum Deciſionum, in preſentia, finis. Laus Deo, & Beatiſſimæ Virgini Mariæ.

F I N I S.

Correctore D. Angelo Cantinio I. V. D. Florent.